



# CHRISTIANUS II.

DEI GRATIA, DUX SAXONIÆ, SACRI  
ROMANI IMPERII ARCHIMARSCHALLUS  
ET ELECTOR, LANDGRAVIUS THURIN-  
GIÆ, MARCHIO, MISNIÆ, ET BURG-  
GRAVIUS, MAGDEBURGI, &c.

**S**I Religionem Reipub. funda-  
mentum esse, Gentiles etiam rectè ju-  
dicarunt, eaqve turbatâ, reliqua omnia,  
quantumvis magna & sublimia, turbari,  
iidem verè censuerunt: Si Senatus olim Ro-  
manus tanti religionem fecit, ut semper  
quod in caussis decernendis primò propone-  
retur, ad cultum Dei conservandum pertine-  
ret: neqve ullum, quantumvis grave nego-  
tium, religiosam hanc consuetudinem ante-  
verteret: multò profectò magis illud nobis  
faciendum esse existimamus: Nobis, inquam,  
qui CHRISTO nomen dedimus, à Christo no-  
men trahimus, à Christo deniq; salutem ac  
felicitatem omnem unicè expectamus.

Accedit memorabilis illa Avthentica, à  
Rege sanctissimo, Regibus ac Principibus u-  
niversis

)a( 2